

Questio  
de verbo  
dei.

Argumē-  
tatio apta  
a cōtrario

Verbū es-  
sentiale.  
Ioan. i. a.

verbo dei. Dicitur enim in capitulo Abraam: Dixerunt angeli  
beate Marię: O Maria/deus preposuit te supra omnes mulie-  
res. Et post hec dixerunt angeli: O Maria/nunciat tibi deus/  
vel nunciat tibi verbum eius: & nomē eius christus Iesus fili-  
us Marię. Et in capitulo: Elnesa dicit: Ne dicas de deo preter  
veritatē: q̄ christus Iesus filius Marię apostolus est dei/ & ver-  
bum dei: quod ipse posuit in ea per spiritū sanctum. Affirmat  
igitur oīno christum verbum esse dei. Querit igitur quod sit  
hoc verbum dei: utrū verbum accidentale/vel potius persona-  
le & reale. Si dicit verbum esse vocale solū & accidentale: hoc  
non potest dici: loquitur enim de deo Alcoranū & euangeliū  
singulariter & de uno verbo tm̄: verbum autē dei vocale & ac-  
cidentale/quod a deo exit: non unum/sed multa: Omnia enim  
bona verba & sancta & vera/verba dei dici possunt. Item non  
esset excellens cōmendatio Christi/quem Alcoranū intendit  
singulariter cōmendare: si propter hoc dicatur verbū dei/tan-  
q̄ verba dei dicens: Non enim solus christus/sed etiam alij p̄-  
phete verba dei nunciauerunt: & tm̄ nullus illorum dicit ver-  
bum dei: De solo enim christo euangeliū & Alcoranū dicit:  
q̄ sit verbum dei. Si autē essentialiter verbū capiat: manifestū  
q̄ sempiternum esset verbū dei/& deus verus: Sicut enim ver-  
bum quod procedit ex ore corruptibilis hominis/corruptibile  
est ex necessitate: sic verbum quod ex sempiterno ore proces-  
dit: per quod cœlum & terram & quæ sunt in medio (ut Al-  
corani verbo utar) fecit: sempiternum & incorruptibile esse  
neesse est: Quicquid ex deo autē procedit/essentialiter est de-  
us: et hoc modo deus est dei verbum. Vnde cum verbum ali-  
quo modo differat a dicente & continente verbum: & in dei  
essentia non possit esse diuisio/seu distinctio essentialis: oportet  
q̄ ibi sit distinctio personalis: & q̄ verbum a dicente pro-  
prijs & solis relationibus distinguat: sicut & de spiritu dictū  
est. Et hoc est verbum quo deus omnia quæ sunt/dixit: & facta  
sunt: sicut & in Alcorano dicit. Et scđm hoc conuenit Al-  
coranum cum euangelio Ioannis: qui dicit: Omnia per ipsum  
facta sunt. Quoniā igit ab eo qui loquit/verbum comprehen-  
dit & intellectualiter gignit: & quod ab altero generat scđm  
similitudinē speciei & nature/dicitur filius: p̄pter hoc verbū